BIBL. DE L'UNIVERSITÉ

OBLONGS

32

THÈSES

ANCIENNES

DU

XVIIᴱ SIÈCLE

1

THESES ANCIENNES

Exemplaires coupés, sans les gravures.

(270 thèses en 2 v.obl.)

--ooOoo--

	Discipline:	Soutenue le:	Volume:	N°:
ALESME (Jean d')	Philosophie	...Juin 1639	I	2
ARNOUX (F.Martial)	Théologie	31 août 1669	I	3
ASSELINE (Jean)	Philosophie	6 août 1661	I	4
AUBERT (Jean)	Philosophie	18 août 1652	I	5
AUBERT (Jean)	Théologie	3 juill.1660	I	6
AUGET (Paul)	Théologie	29 janv.1656	I	7
AUMONT (Léonard)	Philosophie	28 juil.1658	I	8
BACHELIER REMUS(Nicolas)	Théologie	4[févr.]1662	I	9
BARIN DE LA GALISSONNIERE (Henri-Louis)	Théologie	26 août 165..	I	11
BARRÉ (Charles)	Philosophie	22[juil]1666	I	12
BASTONNEAU (Robert)	Théologie	[8 févr]1652	I	13
BAUDO (Pierre)	Théologie	...mars 1666	I	14
BAUDRAND (Henri)	Théologie	28 mai 1664	I I	15 ,et 15bis.
BEAUVEAU LE RIVAU (Pierre-François de)	Théologie	10 juill.1659	I I	16 ,et 16bis.
BEGON (Scipion)	Théologie	[6 déc.]1669	I	17
BELLOCIER (Charles)	Philosophie	4 août 1668	I	18
BERNIER (Charles)	Théologie	24 mai 1662	I	19
BERRUYER (Simon)	Philosophie	19 juil.1662	I	20
BERTRAND DE LA PÉROUSE(François de)	Philosophie	?	I	21
BILLET (Nicolas)	Théologie	22 mars 1670	I	22
BINARD (Pierre)	Théologie	30 Juil.1669	I	23
BLAKE (Fr.Henri)	Théologie	[23]fév.1631	I I	24 ,et 24bis.
BLOVET DE CAMILLY(Pierre-François)	Théologie	17 nov.1661	I	25
BLOVET DE THAN (Jean)	Théologie	9 août 1652	I	26
BOETELLE (Adrien)	Thèsesophie	17 août 1653	I	27
BOISCOURION(Anianus de)	Philosophie	14 avr. 1666	I	28
BOLLIOUD (Jean)	Théologie	24 mai 1669	I	29
BONNET (Jacques-Florent)	Philosophie	5 juill.1665	I	30

BOUCHER (Joseph)	Théologie	[4]janv.1663	I	31
BOUCHER (Joseph)	Droit canon	3 décem.1663	I	32
BOUCHERON (François)	Théologie	13 janv.1662	I	33
BOUILLON (Emmanuel-Théodose de La Tour d'Auvergne, duc d'Albret, Cal de)	Philosophie	16 août 1660	I	1
BOUQUIN (Robert)	Théologie	...déc. 1664	I	34
BOURGEOIS (François)	Théologie	6 févr. 1655	I	35
BOURREE DE REVEILLON (Jacques)	Théologie	30 avr. 1663	I	36
BOVIAC (François)	Théologie	8 octob.1661	I	37
BRAGELONGNE (Pierre de)	Philosophie	31 juil.1661	I I	38 ,et 38bis.
BRIDIEU LINIERES(Roger-Antoine de)	Théologie	19 avr. 1655	I	39
BRINDEAU (Pierre)	Théologie	15 févr.1656	I	40
BRINDEAU (Pierre)	Théologie	24 oct. 1661	I I	41 ,et 41bis.
BRUNO (F.Didier)	Philosophie	13 juil.1670	I	42
BURNEL (Guillaume)	Théologie	23 janv.1662	I	43
BURTIO (Etienne de)	Théologie	...mars 1662	I I	44 ,et 44bis.
BUTILIER (Edouard)	Philosophie	2 août 1665	I	45
CAMUS DE BAIGNOLZ (Carolus)	Théologie	11 févr.1654	I	10
CAMUSAT (Pierre)	Théologie	[5 mai] 1649	I	46
CAMUSET (Louis-Jean)	Philosophie	16 juil.1662	I	47
CAMUSET (Pierre)	Philosophie	13 août 1662	I	48
CAMUSET (Pierre)	Théologie	3 juill.1669	I	49
CANAYE (Charles)	Philosophie	10 août 1656	I	50
CARDONVILLE (F.Charles de)	Théologie	3 juill.1662	I	51
CASTEL (François Perrard)	Philosophie	25 juin 1668	I	52
CATINAT (Clement)	Théologie	3 juill.1663	I	53
CAVELIER (Antoine)	Philosophie	6 juill.1659	I	54
CAVOYE (Pierre de)	Philosophie	28 juin 1663	I	55
CERMOISE (Paul)	Théologie	26 janvi.1664	I	56
CHAPELLAIN (César)	Théologie	6 févr. 1662	I	57
CHARDON (Jean)	Philosophie	24 juil.1670	I	58
CHARPANTIER (Nicolas)	Théologie	26 juil.1663	I	59
CHARTON (Médéric)	Philosophie	17 oct. 1662	I	60
CHARTRAIRE (Germain)	Théologie	[12]jan.1662	I	61
CHEMINEAU DE MARCAYS (François)	Philosophie	10 juil.1661	I	62
CHEON (Pontius)	Droit canon	30 août 1658	I I	63 ,et 63bis.
CHESNEL (Louis)	Théologie	27 oct. 1662	I I	64 ,et 64bis.
CHOMEL (Claude)	Philosophie	[30]août1654	I I	65 ;et 65bis.
CLEMENT (Claude)	Théologie	[27]août1664	I	66
CLEMENT (Claude)	Théologie	10 déc. 1665	I	67
CLERMONT-TONNERRE DE CRUSY (Antoine-Benoît)	Philosophie	6 août 1662	I	68

1158445544

COLMAN (Daniel)	Droit	20 mars 1666	I I	69 ,et 69bis.
COMMINGE (Pierre)	Philosophie	10 juil.1661	I	70
COMPAIN (Adrien)	Théologie	4 juill.1669	I	71
CONSTABLE (Guillaume-Edmond de)	Philosophie	13 juil.1669	I	72
COTTY (F.François)	Philosophie	13 août 1662	I I	73 ,et 73bis.
COUREAU DE PRESSIAT (René)	Théologie	31 janv.1662	I	74
COURTOT (F.François)	Théologie	21 janv.1662	I	75
COUSIN (Nicolas)	Théologie	6 juill.1669	I	76
COUSIN (Nicolas)	Droit canon	4 décem.1669	I	77
CRAMOISY (Jean)	Théologie	16 juin 1656	I	78
DACLIN (Charles-Larent)	Théologie	6 août 1669	I	79
DALY (Thaddée)	Philosophie	27 juin 1666	I	80
DATON (Guillaume)	Philosophie	24 août 1664	I	81
DEHAUS (Jacques)	Philosophie	8 septe.1658	I	82
DELAMET (Léonard)	Théologie	26 juin 1655	I	83
DELATTRE (Alexandre)	Théologie	4 janv. 1653	I	84
DELECEY (Gabriel)	Théologie	22 août 1669	I	85
DEMORGUES (Joseph-Scipion)	Droit canon	23 avr. 1665	I	86
DEMOUHERS DE LA GRANGE (Jean)	Philosophie	6 août 1662	I	87
DESCAULES (Louis)	Philosophie	29 juin 1665	I I	89 ,et 89bis.
DES HAYS DU FOSSARD (Louis)	Philosophie	25 juil.1662	I I	88 ,et 88bis.
DESPINAY DE SAINCT LUC (Louis)	Philosophie	29 août 1666	I	90
DEVOUGES (Claude)	Théologie	/11/ fév.1653	I	91
DIROYS (François)	Droit canon	12 févr.1665	I	92
DROUARD DES MARESTS (François)	Théologie	/11/ jan.1662	I	93
DROYNET (F.Charles) et GAZON (Simon)	Théologie	../avr./ 1657	I	94
DU FOUR (Pierre)	Théologie	26 nov. 1665	I	95
DUFOS (Pierre)	Philosophie	20 août 1662	I	97
DU MESNIL POTTIER (Charles)	Philosophie	16 juil.1662	I	96
ESCOURAILLE (Francis d')	Théologie	6 mars 1662	I	98
ESMERY (Pierre)	Philosophie	25 août 1659	I	99
FAUVEL (André)	Philosophie	10 août 1652	I	100
FERON (Nicolas)	Philosophie	17 juil.1667	I	101
FERRARD (Philippe)	Théologie	7 sept. 1669	I	102
FOIX (Henri-Charles)	Philosophie	11 sept.1661	I I I	103,et) 103bis) 103ter)
FORCEDEBRAS (Charles)	Théologie	15 mai 1656	I I	104,et) 104 bis)
FOUCQUET (Yvon)	Philosophie	25 juil.1646	I	105
GALLYOT (Charles)	Théologie	23 juil.1669	I	106
GARNIER (Antoine)	Philosophie	20 juin 1648	I	107
GERARD (Isaac-Anselme)	Théologie	30 janv.1664	I	108
GIFFORD (Bonaventure)	Théologie	26 janv.1672	I	109
GIRARD (F.Sébastien)	Théologie	13 sept.1657	I	110
GOBERT (Michel)	Philosophie	21 juil.1667	I	111

GODET (Pierre)	Philosophie	25 juil.1660	I I	112 ,et 112bis.
GODET DES MARAIS (Paul de)	Philosophie	24 juin 1667	I	113
GONDOVIN (Raymond)	Physique	16 août 1654	I	114
GORRÉ (Jacques)	Philosophie	9 juill.1656	I	115
GOYET DE BECHEREL (François)	Théologie	4 décem.1657	I	116
GROYN (Germain)	Théologie	/27/ fév.1662	I	117
GUENON (François)	Théologie	2 mai 1663	I	118
GUERIN (Etienne)	Théologie	17 juil.1654	I	119
GUIGNARD (André)	Théologie	14 nov. 1653	I	120
GUILOU (François)	Théologie	...janv.1655	I	121
GUILLOYRE (Louis)	Philosophie	10 août 1661	I	122
GUITONNEAU (Adrien)	Philosophie	19 août 1659	I I	123 ,et 123bis.
HACTE (Nicolas)	Philosophie	19 août 1659	I	124
HAMEAU (André)	Théologie	15 nov. 1667	I	125
HAMON (Jean)	Médecine	 1645	I	126
HAMON (Jean)	Médecine	 1646	I I	127 ,et 127bis.
HARLE (Jean-Baptiste)	Philosophie	1er août1661	I	128
HEDERMAN (Donat)	Philosophie	7 juin 1664	I I	129 ,et 129bis.
HENNEQUIN (François-Louis)	Philosophie	9 juill.1658	I I	130 ,et 130bis.
HOULLIER (Etienne)	Philosophie	22 juil.1661	I	131
ILLIERS D'ENTRAGUES (Joseph d')	Philosophie	26 juin/.?./	I	132
JAPPIN (Jean-François)	Droit canon	19 févr.1661	I	133
JAPPIN (Jean-François)	Théologie	16 nov. 1661	I	134
JARDE (Pierre)	Théologie	9 juin 1662	I	135
JOLLAIN (Jean)	Théologie	15 déc. 1662	I	136
JOLY (Melchior)	Philosophie	16 août 1660	I	137
JOUVANCOURT (Nicolas)	Philosophie	9 juill.1662	I I I	138 ,et) 138bis) 138ter)
JOUVIN (Jacques-François)	Philosophie	28 janv.1663	I	139
JUIF (François)	Théologie)	28 juin 1644	I	140
LABORIE (Jean)	Théologie	23 oct. 1659	I I I	143,et) 143bis) 143ter)
LAFFEMAS (Laurent de)	Théologie	?	I	144
LA HAYE (Laurent de)	Théologie	24 nov. 1659	I	142
LAISNÉ (Jean)	Théologie	1er juin1669	I	145
LAMARTELIERE (François de)	Philosophie	2 août 1654	I I	146 ,et 146bis.
LAMY (Jean)	Théologie	12 mai 1656	I	147
LAMY (Jean)	Théologie	5 mai 1658	I I	148 ,et 148bis.
LANGAN DE BOISFEVRIER (Robert de)	Philosophie	20 juil.1659	I	149
L'ANGLE (Nicolas de)	Philosophie	10 août 1663	I	141
LANGLE (Robert de)	Philosophie	2 juill.1662	I	151
LANGLEE (François)	Philosophie	13 févr.1665	I	150

virtutum adeò creatæ mentis aciem præteruolat, & tranſcendit, vt ne probabiliter quidem, niſi ſuperna virtute ſuffulta, eius poſſibilitatem aut exiſtentiam venari quoquomodo valeat: quinimo quo fuerit vis intellectiua perſpicacior, eo maiorem implicantiam in hoc admirabili numinis hominiſque commercio apprehendet: Incarnationis enim arcano, quo nihil certius lumine fidei; lumine naturæ quid incertius excogitari poteſt? cum propterea, teſte Auguſtino, mirabiliter ſingulare & ſingulariter mirabile meritò dicatur: vnde humana Chriſti generatio, iudæis quidem ſcandalum, gentibus autem ſtultitia viſa eſt: qua verò ratione, fuerit ante ſæcula genitus, & non ſpiritus: non quo fœcundus eſt, non quo imago, ſed eo ſempiternus eſt filius, quo diuini intellectus eſt verbum.

QVI omnia in ſapientia fecit, nihil inconueniens, aut maieſtate ſua indignum, ſemen Abrahæ apprehendendo perpetrauit: imo diuitias gloriæ ſuæ ſupra modum manifeſtauit, humani generis ruinas reparauit, totum vniuerſum maxime decorauit. Vnde quamuis dextera excelſi, cui nihil difficile, nihil imperuium, vel extrinſeca peccatorum condonatione, quam poſſibilem agnoſco, vel alijs etiam innumeris modis, languenti mundo mederi poſſit; omnium tamen longe præſtantiſſimum remedium fuit verbum incarnatum: etenim cum parente Auguſtino aſſeuerare auſim, quod cum ſit Deus omnipotentiſſimus, plus dare non potuit: cum ſit liberaliſſimus, plus dare noluit: & cum ſit ſapientiſſimus, plus dare neſciuit. Quid ergo amplius potuit facere vineæ ſuæ cæleſtis agricola, & non fecerit? non tamen ſubinde ſupremus artifex (qui non neceſſitatis vnco, ſed liberalitatis inſtinctu ductus, ſuis ſe creaturis communicat) adhuc ſtante decreto de mundo vel condendo, vel reparando, ſuam nobis deitatem incarnando largiri cogeretur: quotquot enim ita exorbitant, liberalitatem Dei, vt ait Tertulianus, ſeruitutem faciunt.

OMNES in multis Deum offendimus, diuerſimode tamen; qui enim lethali ſe labe coinquinat, infinitam Deo iniuriam irrogat; cum & Deus ipſe offenſus infinitus ſimpliciter ſit: eſt namque maieſtas offenſa, iniuriæ illatæ menſura & regula: quemadmodum enim, quo fuerit excellentior læſæ-maieſtatis dignitas, eo erit grauior offenſa; ita pariter ex infinita maieſtate contempta, offenſa itidem infinita euadet. At culpa venialis, ſicut & grauis offenſæ, ita & infinitæ incapax cenſetur: quæ enim offenſa gratiam non expellit, illa nec amicitiam diſſoluit, nec damnationem accelerat: proprie tamen peccati rationem ſortitur, & nomen: cuius offenſa finita ſimpliciter eſt & limitata, propterea quod non contra, ſed præter charitatis mandata contingat: peccans enim venialiter circa media, non circa finem delinquit. Per quem facta ſunt omnia, ſine ipſo factum eſt nihil, quod eſt peccatum: vtriuſque igitur peccati malitia, cum ſit entitatis expers, in priuatiuo duntaxat conſiſtit: quidquid enim, inquit Auguſtinus, Deus non fecit, aut Deus ipſe eſt, aut nihil eſt.

SATISFACTIO eſt redditio voluntaria æquiualentis, ex alias indebitis. Vnde damnati ſuppliciorum ſuorum atrocitatem inuitè ferentes, ſatiſpatiendo, non ſatisfaciunt: ſatiſpaſſio enim illorum extorta eſt, ſatisfactio vero voluntaria cenſetur. Summa reproborum miſeria carentia eſt ſummæ fœlicitatis: quam eſſentialiter inſpectam, in ſola beatifica Dei viſione ſatius repones. Nec propriam lethalis culpæ labem, adhuc licet finita foret, delere poſſet pura creatura, per exhibitionem condignæ, & æqualis ſatisfactionis: quod vero inæqualiter & minus perfecte ſatisfacere poſſet, quid vetat? præſertim ſi eximiæ charitatis, vel contritionis actum, animo ſe Deo reconciliandi, eliciat: incompoſſibilis enim cum peccato gratia, charitatis feruori debetur: cuius actus meritorij, ſicut & aliarum omnium virtutum ſupernaturalium, non aliter ab arbitrio creato prodeunt, quam prout decreto Dei efficaci, eiuſque gratia auxiliatrice, quam vulgo phyſicam præmotionem appellant, præmunito: cum qua tamen humana libertas illæſa prorſus, imo & roborata perſeuerat. Duplex eſt iniuria Deo per peccatum irrogata: realis alia, alia perſonalis: & quamuis purus homo compenſare poſſet realem; perſonalis tamen, non niſi per meritum infinitum reſarciri poteſt.

NVLLVS miſer de quacumque miſeria liberatur, niſi Dei gratia præmunitus. Cum igitur peccatum veniale miſeria quædam ſit, non, niſi diuina gratia præuentus, quiſpiam pro illo ſatisfacere poteſt. Vnde qui lethali macula ſordet, venialem delere nequibit: indiſpenſabile enim eſt, vt qui pro culpa etiam veniali, ſatisfactionem exhibet, ſi non amicus, ſaltem inimicus Dei creditoris de facto non exiſtat. Meritum hominis iuſti, culpæ venialis demerito præſtat: cum & gratiam & gloriam iuſtus condigne mereatur; quas tamen venialiter peccans non demeretur. Purus homo iuſtus neque pro ſuo proprio peccato mortali, vt dictum eſt, neque pro alieno perfecte ſatisfacere poteſt: quod adeo verum eſt, vt quantumuis ſit gratiæ ſubſidijs præuentus, ipſe licet innocens, imo & impeccabilis foret, ſeu gratia etiam capitis ornatus, non tamen propterea pro culpa lethali ad æqualitatem ſatis facere poſſit; etenim cum ex infinita diuinæ maieſtatis excellentia, peccati grauitas deſumatur, erit ſuperioris ordinis à merito quocumque creaturæ: quod abſolutam incarnationis neceſſitatem maxime commendat, ad æqualem & condignam ſatisfactionem, pro humani generis reparatione exhibendam.

VBI abundauit delictum, ibi ſuperabundauit & gratia per Chriſtum, apud quem eſt copioſa redemptio. Cum igitur peccati grauitas in ratione offenſæ, infinita ſimpliciter ſit, quidni meritorum Chriſti valorem, quo peccata omnia abunde delentur, infinitum pariter agnoſcamus. Præſertim cum forma dignificans, cui ſoli dignitas, ſeu valor meritorius commenſurari debet, infinita ſit, & ſumme perfecta. Eſt namque ſanctitas infinita verbi, quæ Chriſti operibus æſtimabilitatem tribuit. Nec inter opera Chriſti alia maiorem, minorem alia, ſed omnia omnino æqualem dignitatem participant, vtpote ſimpliciter infinitam: vnum autem infinitum in eodem genere non eſt formaliter maius alio. Opera meritoria Chriſti Domini, præter hunc valorem infinitum, prouenientem à ſanctitate verbi, habent & alium finitum ſimpliciter & limitatum, quem vel ex maiori intenſione, vel difficultate operis, vel ratione perfectioris objecti ſortiuntur. Actus enim feruentiſſimæ charitatis, & actus temperantiæ in Chriſto, ſi ſecundum propria objecta ſpectentur, ſunt longè inæquales, at valor infinitus in vtroque eſt omnino æqualis.

CHRISTVS Dominus, quem propoſuit Deus propitiationem ad oſtenſionem iuſtitiæ ſuæ; ad eiuſdem iuſtitiæ apices pro nobis ſatisfecit: ſeruauit enim in ſuis meritis, nedum æqualitatem cum offenſa, verum & alias omnes conditiones ad rigorem iuſtitiæ communiter exactas. Empti enim ſumus pretio magno & inæſtimabili: fuit namque ſatisfactio Chriſti non ſolum æqualis & condigna, ſed & ſuperabundans: & hoc, ex ſua intrinſeca perfectione, & ſecluſa omni acceptatione diuina; qua propter nullo intercedente pacto aut promiſſione, Deus eſſet titulo iuſtitiæ obſtrictus ad Chriſti ſatisfactionem in reconciliationem humani generis acceptandam, quod intellige de promiſſione expreſſa, nam virtualem penitus neceſſariam agnoſcimus, ad omnipotentiſſimam Dei voluntatem ſtricte obligandam: ipſa enim eſt inſuperabilis poteſtas, quæ omnia quæcumque voluit fecit. Neque enim vel inter homines, qui vndequaque ſui iuris eſt, obligari poteſt ex rigore iuſtitiæ, ad aliquid alteri, vel conferendum vel condonandum; niſi ſatisfactio debitum formaliter extinguat, aut conuentionem aliquam ſaltem implicitam inierint. Poſſibilia omnia ab intellectu humano Chriſti in verbo cognoſci, non minus eſt impoſſibile, quam verbum ipſum comprehendi: ſolus enim omniſciens omnipotentem comprehendere valet: nec Deus, quamuis omniſciens ſit, mediam ſubinde ſcientiam admittit; plena quippe non media, rerum omnium notitia pollens.

EI qui operatur, merces non imputatur ſecundum gratiam, ſed ſecundum debitum: quamobrem opera meritoria etiam puri hominis iuſti poſſunt conſtituere Deum debitorem ex iuſtitia, non quidem abſolutè, & nulla facta ſuppoſitione, ſed conditionate & dependenter à tali hypotheſi, quam diuina voluntas pro ſuo nutu vel apponere poteſt, vel adimere: cum namque omne ius humanum ſupremo Dei dominio ſubordinatum ſit, poteſt ſupernus iudex, ſuo ſupremo iure vtendo, illud vel extinguere, vel conſeruare: verumtamen clementiſſimus Deus, qui neminem niſi deſertus deſerit, non niſi pertinaci eorum impietate compulſus, improbos reprobauit: idem ipſe, atteſtante Apoſtolo, vocauit nos, ſed ſecundum propoſitum ſuum, non ſecundum merita noſtra. Sola ergo miſerationum ſuarum multitudine, non meritorum pondere ductus, electos dilexit, atque ad immarceſſibilem gloriam prædeſtinauit. Iniuria vna realis, perſonalis altera. Ad realem compenſandam, vel rei ablatæ vel æquiualentis redditio ſufficit, ſiue perſona reſtituens ſit eadem quæ abſtulit, ſiue diuerſa; in ſatisfactione autem pro iniuria perſonali, phyſica & realis identitas perſonæ offendentis, & ſatisfacientis de lege communi maxime attenditur, quando ſcilicet meritum eſt finiti duntaxat valoris: at merita Chriſti Domini, propter infinitam qua pollent æſtimabilitatem, extinguere valent iniurias omnes perſonales Deo per peccata irrogatas.

CHRISTVS Ieſus venit in mundum peccatores ſaluos facere. Vnde ſi primus Adam non corruiſſet, nunquam ſecundus comparuiſſet: fælix ergo culpa quæ talem ac tantum meruit habere redemptorem: fuit tamen aduentus Chriſti, etiam in carne paſſibili, abſolute intentus, & efficaciter prædiffinitus à Deo ante omnem, ſeu peccati, ſeu alterius cuiuſcumque creaturæ præuiſionem: eſt namque ſapientia incarnata initium viarum Domini. Deus autem, cuius velle eſt facere, poſſet quidem, etiam Adamo non præuaricante, carnem aſſumere, & ſe humiliando exaltare hominem. An verò, inſcrutabilis conditoris prouidentia ita diſpoſuiſſet, ſi protoparentes innocentiam ſeruaſſent? longe ſublimius eſt, quam quod creatæ mentis indago perſcrutari queat: quis enim cognouit ſenſum Domini, aut quis conſiliarius eius fuit? Duo ſunt peccatorum genera: vnum originale, perſonale alterum: & quamuis cæleſtis medicus contra exitiale vtriuſque venenum, antidotum ſalutarem contulerit, per prius tamen, & principaliter, originale contagium compeſcendum ſuſcepit: pernicioſam verò hanc peccatorum eluuionem ſola arca deifera, deipara, innum... quam, virgo, & virga in qua nec nodus originalis, nec cortex actualis culpæ fuit; intacta penitus, & indemnis euaſit: nec mirum, Ipſa enim eſt ſereniſſima aurora, & ſtella antelucana, ex qua ortus eſt ſol iuſtitiæ Chriſtus, *Qui eſt candor lucis æternæ.*

Has Theologicas aſſertiones Dei, Deiparæque auſpicijs, ac Præſide Sapientiſſimo Magiſtro noſtro NICOLAO CORNET, *Almæ Facultatis Pariſienſis Doctore Theologo, nec non & Regiæ Nauarræ ſummo moderatore. Propugnare conabitur Frater* HENRICVS BLAKE *Auguſtinianus Hybernus, In Gymnaſijs Auguſtinianis Maioris Conuentus, Et Collegij Pariſienſis. Die* 23 *menſis februarii Anni* 166[illegible]. *A mane ad meridiem.*

PRO TENTATIVA.